

N<sup>o</sup> 18

# ORATIO

REVERENDI PATRIS MAGISTRI


*Alphonfi Salmeronis de Societate IESV Theo-*

*logi, nuper in CONCILIO Tridentino*

*habita, in qua ad exemplar Divi Ioan-*

*nis Evangelistæ vera Prælato-*

*rum forma describitur.*



Romæ, per Stephanum Nicolinum Sabiensem Chalcographum

Apostolicum, cum Privilegio ad Decennium. Anno

M D XLVII. Mense Martio.

# OLYMPIA

INDEPENDENT PUBLICATION

ESTABLISHED 1852

NO. 101 N. 3RD ST.

OLYMPIA, WASH.

WEDNESDAY, FEBRUARY 1, 1911

PRICE 5 CENTS

TERMS: \$1.00 PER ANNUM

ADVANCE

1911

NO. 101

1911

1911

1911

1911

1911

1911

Published by the Olympia Publishing Company, Inc.

Copyright, 1911, by Olympia Publishing Company, Inc.

Printed and Published by the Olympia Publishing Company, Inc.

# O R A T I O

R. P. Magistri Alphonsi Salmeronis, Theologi  
de Societate IESV: in Concilio Triden-

tino habita, Die festiuitatis Diui

Ioannis Euangelistæ.



**A**M præclarum & augustum est Christiani Euangelistæ munus, Reue-  
rendissimi ac Illustrissimi domini, patresq; amplissimi, ut in eo qui illud  
integrè, absolutèq; præstare velit in hoc præsertim Conuentu vestro, &  
maximo, & Sapientissimo, præter vitæ sanctimoniam, ætatis ac morum  
grauitatè, dicèdi exercitationè, ante omnia nõ mediocre cælestis Spiritus  
donum, merito desideretur: à quo vno, & quæ dicenda sunt cordi dicentis  
cælitus, suggeratur, & lingua qua illa aptis ac viuis verbis, in audituũ persuasione propo-  
nantur cū actionis, pronũtiationisq; venustate donetur. Cũ aut iis oibus præfidis, quæ Euan-  
gelicũ præconè cõstituunt, meipsum diligenter exploràs penè destitutũ cernerè, deterritus pro  
fecto muneris amplitudine & difficultate, in ipso orationis nostræ limine desicerè, nisi alio  
mentè reuoluens cogitarem, & eorũ, apud quos mihi dicendũ est, spectatã humanitatè singula  
reçq; beneuolentiã, & deũ ipsum optimũ maximũ, in cuius vnus gloriã facere, et, a gloriosa faustaq;  
demũ Beatũ ipsum ac dilectũ discipulũ Ioãnẽ, de quo hodie verba huc diceturus accessi,  
diei huius solèmitate, & ab enarrati Euangelii historia cõmonemur. Quid. n. Ioãnes erat, an-  
teq; a Christo vocaretur, nisi fortunæ cõditione ignobilis, genere cõtemptibilis, arte piscator,  
mète rudis, moribus peccator, literis Idiota, ætate puer, lingua galileus? Verũ posteaq; in Chrõ  
sti cõfortiũ adsciscitur, ad sinũ familiariter admittitur, & su pra domini pectus recumbens,  
purissimũ illũ ac cælestè spiritũ hausit, repente in verũ tonitruũ filium dextera excelsi muta-  
tus, perfectissimus atq; omnibus numeris absolutus Euangelistã euasit. De huius igitur tã sub-  
limis hominis laudibus ( si tñ hominè, & nõ Angelũ appellare fas sit ) nõ certe prout ipsius  
dignitas & magnitudo postulat, sed prout nostri ingenii fert exiguitas, mihi hodierna die dicè-  
dũ est. Quod ut cū fructũ aliquo præstare valeã, diuinus spiritus mihi prius implorandũ est,  
sedulisq; precibus ac votis efflagitandus: quem vt mihi donari cõtingat, de veteri, ac probato  
ecclesiæ more, ad singularem illã virginem mihi cõfugiendum esse duxi, quæ vera & germa-  
na illius eẽ mater promeruit, à quo velut à capite ois spiritus in Ecclesiæ mēbra diffunditur,  
quæ & hũc de quo loquuturi sumus Ioãnẽ, in peculiarè filiũ ad Christi moribundũ vocè, sin-  
gulari priuilegio adoptauit, quæ deniq; cū omnĩũ ecclesiæ filiorũ sit pienssima mater, nulliq;  
vnquã pio se corde roganti desyderatũ patrociniũ denegauerit, hunc ipsum spiritũ, quo tanto  
perere in facientiarũ e gemus, supplici corde à nobis innocata & angelico eloquio reuerenter sa-  
lutata in facili negotio impetrabit. Aue.

Et si Deũ maximũ, imensũ, infinitũ, & per se beatũ, nulla capere valeat humana mēs:  
aut cogitatio. Vnde, neq; congruis honoribus, ut conditorẽ venerari, nec debito amore, ut pa-  
rentem diligere, nec condignis laudibus, vt bñfactorẽ celebrare potess, non propterea tñ non

bis cessandum est, vel a prædicanda illius maiestate, quæ cunctis rebus supereminet, vel a comendanda illius singulari beneficentia, quam cum erga omnes creaturas commendabilem ostenderit, in sanctis tamen suis, cum admirabili æternæ suæ potentiae inscrutabiliq; sapientiae ostensione, non cæcis specialiter declaravit. Hinc est, quod frequenter & à scripturarum apertissimis sententiis, & ab ecclesiæ sanctæ probata consuetudine, & à sanctorum patrum exemplis, ad sanctos dei honorandos, atq; laudandos inuitamur, quod nimirum laudare sanctos, nihil sit aliud, quam deum, qui illos gratuita sua bonitate, ac munificentia, sanctos effecit, vel singularia & eximia dona, quæ ab eo à quo est orine datum optimum, & omne donum perfectum acceperunt, laudibus celebrare. Cum ergo Ioannes Euangelista quâ plurima, eaq; rara, atq; ingentia beneficia ab eo, qui illum singulariter diligebat, acceperit, nostrum esse duxit, ea vobis patres, ante oculos ponere, & quatenus ab omnibus, ob tanta dei dona prædicandus, & a vobis Ecclesiæ pastoribus, speciali ratione, sit imitandus orationis nostræ tenuitate complecti. Principio itaq; de speciali Christi in Ioannem dilectione, quæ primū & summū donū est, & cæterorū omnium basis & fundamentū, recta ratione, Oratio nostra auspicari debet. Quid. n. est, cum omnia mente, animoq; lustraveris, quod dici aut cogitari possit maius atq; excellentius, quàm dei amoris eū quo semper deus amans, seipsum, ingenti liberalitate creaturæ rationali donans, & sui eā amoris participē faciens, ad consortiū quoddam, & quasi æqualitatē admittit, ut dicere valeat dilectus meus mihi, & ego illi. Quid fortius, aut potentius charitate, quæ ab inuicē deo pro manans, incogitabili atq; ineffabili vinculo, diligentem cum dilecto coniungēs, creatura, quæ esse vniuersa vanitas erat: insuperabilis atq; inexpugnabilis efficitur: ita vt incertissimæ fidei cæcæ verba prorūpat. Quis nos separabit a charitate Christi, quid tandem suauius aut iocundius dei dilectione, nostrū frigidū pectus, ad redmandū excitante: quæ synceras, & nulla ratione fucatas animi voluptates parit; quarū suauitatē, vere nemo nouit, nisi qui accipit Ioannes igitur, tam præclari tamq; excellentis doni nō ignarus, nec de tanto beneficio ingratus, in hoc titulo dilectionis sanctæ, & humiliter superbiens, nō semel gloriatur, dū solus de seipso in euangelio testari nō formidat. Hic est discipulus ille, quem diligebat Iesus. Ingens profecto gloria, dignissimū pariter & dulcissimū nomen, amplissimus atq; illustrissimus titulus, angelis venerandus, dæmonibus formidandus, ecclesiæ pastoribus optandus, cunctis deniq; hominibus laudandus, atq; prædicandus. Quē diligebat (inquit) non quē diligit, aut quē dilexit, quod nimirum Christi amor, sicut principium nō nouit: cū scriptū sit in charitate perpetua dilexi te; ita nullis vnquā temporū finibus clauditur, nulla amoris nostri tepiditate remittitur, nulla deniq; humana ingratitude separatur. Quare nō sine grandi amoris huius testimonio, soli Ioanni super domini pectus quiescere datum est, ut intelligamus Christū in corde ac in intimis pectoris sui visceribus, quasi vnicē dilectū, semper illū gestasse atq; cōplexum fuisse. Cæterum, ne vanū hunc aut sterile amorē fuisse, quisq; cogitare valeat in primis (quæ natura est amoris) manifestationē dei in ipso Ioanne peperit. Sic enim per hunc ipsum dilectū discipulum Christus asserit. Vos dixi amicos, quia quæcumq; audiui a patre meo, nota feci vobis. Porro hanc manifestationē, etiā si nulli credentiū pro suo captu, & modulo deus deneget, cū fides ipsa manifestatio quæ dā se reuelatio dei sit, raram tamen & insignē in Ioanne fuisse, nō leuibus argumentis colligimus. Cui. n. plura aut maiora, aut admirabiliora fidei nostræ mysteria, purioribus oculis spectare, aut dignioribus verbis, ea aliis tradere concessum est: hic est. n. admirandus tonitruus filius, qui altissimū & inscrutabile Trinitatis mysteriū penetrans ab exordio Euangelii ita intonat. In principio erat verbū, & verbum erat apud deum, & deus erat

mi dolore, multisq; lachrymis, exemplo suo docet esse accipiendam. Dum enim Corinthios inuictus punire cogitur, ita scribit. Timeo ne iterum cum venero humiliet me Deus apud vos, & lugeam multos ex iis, qui non egerunt penitentiam, super immunditia, & fornicatione, & impudicitia, quam gesserunt.

¶ Ultimo in Ioanne dormientes repræbentur Pastores qui non vigilat super custodiat gregis, qui cum sibi ipsi indulgent, & magna diligentia cultum corporis, ventris saturitatem, proventu incrementa, splendorem supellestilis, principū fauores curat, quasi grauisimo quodam somno oppressi, non vident, quòd in agro sibi colendo à Domino dispensato, inimicus homo superseminat zizania, nò aduertit qd agni à maligno oculo fascinantur, qd oves à lupo disperguntur, rapiuntur, mactantur, deuorantur, quòd ardetes non solum lateribus & humeris in mutuū exitium impingant, sed qd admirandum est, cornuū rebellionē ipsos pastores petant. Vigilantia itaq; vobis est, patres, & orationi vacandum, & diuinā vocem, vos hodie adhortantem, ne ambitione pugnetis in Deum, inuidia cōtendatis in pares, Tyrannidem exerceatis in subditis, somnolentia indulgeatis, vobis ipsis, benigne cū Ioanne suscipite, atq; hos quatuor verissimos, & nocentissimos Ecclesiæ hostes, de medio templo Dei, vbi turpius & potentius regnant, & cū maiori & multorum exitio, vestra auctoritate, vestrisq; conciliis fugate, profugate, exterminate. Sed quia nò satis est ad digne fungendum Apostolico munere, Episcopū irrepræbendibilem esse, nisi idem etiā omni virtutū genere sit ornatus, expendit eam qua ratione Ioannes in magnis, quibus quā plurimi insolescere & ruere solent, fuerit examinatus. Probat, n. à dextris, dum solus super domini pectus recumbit, dum tertius introducit ad suscitationem puellæ, & in monte Christi transformati splendidā, lucidissimāq; faciem cernit. Dum cū aliis duobus ad hortum admittitur, & singularis Christo morienti adhsit. Hæc sanè maxima & ingentia in se sunt, sed mysteriis longe superiora, nam quid aliud nobis hic super domini pectus recubitus significat, quā verum Prælātū nò habentem ubi caput reclinet, in solo Iesu pectore, atq; in scripturis sanctis, quæ illius purissimum & candidissimū pectus referunt, quasi in tutissimo nido, & tranquillissimo portu posse quiescere: à quo vno, & cordis munditiam, & amoris fomentum, & animarum Relsm, & diuinæ gloriæ sitim, & doctrinā pascendi, & arcanorum reuerentiam, & mundi contemptum, & robur constanter patiendæ haurire valeat. Porro cum Pastores in scripturis non illud amplissimū Angelorū habeat, quorum est iuxta altissimam Dionysii theologiam purgare inferiores, illuminare atque perficere, Sacerdos qui Angelus domini exercituum est, in hoc se vocatum intelligat, vt plebem sibi commissam à scelerum sordibus & legis transgressionibus purget, & hoc est cum Ioanne puellæ suscitationi adhsistere, etsi enim Christus solus sit, qui in peccatis mortuos ad vitā reuocet: vult tamen ad sapientiam suā & benignitatē commendandam, prælātū adhibere, qui sacramenti ministerio in re alioqui altissima sibi cooperetur, in cuius rei typum suscitato à se Laïco adstantibus ministris dixit, soluite eum & sinite abire. Debet etiam se ad docendum in eo loco positum intelligere, vt cuncta fidei mysteria aperiat, & patefaciat, vt ad hunc modum suos verbo & scripturis illuminando ostendat se Christi gloriam in monte vidisse, et magnificam illam vocem & de nube delapsam, de Christi mysteriis & excellentiam instructis tem audiuisse. Denique ad eum spectat solidiorem cibum suis iam mundatis atq; instructis proponere, & ad perfectionis arcem eos adhortari, quæ maxime in patientia, & opus perfectum habet, consistit. Vnde perfectorū est illa vox, non solum aut, sed & gemitus in tribulationibus. Hoc ergo Ioannis & sui ordinis virorū est, durare in persecutione, & ad to

lerantiã passionis & crucis Christi imitationem suo exemplo inferiores permouere, Verum posteaquã dominus suos probauit illosq̃ fideles inuenit supra longe maiora constituere consueuit. Hinc est, q̃ fidelissimo Ioanni præciosissimũ & ingentem thesaurũ vicinus morti de cruce committit, nempe matrem, Cuius aduentũ, tã ardentibus desiderijs, Patres sitierũt, cuius præsentia exultat cœlũ; cuius nomen veretur infernus, cuius patrocinio sulcitur ecclesia, cuius memoria recreantur iusti, & animantur peccatores. Committit (inq̃) illi matrem, vt & vices Ioseph, vt creditur iam defuncti, in custodia, obsequio, solatioq̃ suppleret, & se illi in filium amatẽ, obsequentẽ, reuerentẽ, illiq̃ oportunẽ subuenientẽ, loco sui exhiberet. Quod tam singulare beneficium ille agnoscens, ex illa hora ad Christi imperium accepit illam in suam. Vobis etiam, Patres, de Cruce commissã est Ecclesia, quam sanguine suo, sanguine, inquam, suo, Dominus acquisiuit, & nisi vos surdos Christi voci & imperio exhibeatis: debet vnusquisque vestrum illam in suam accipere, & non aliter erga eam se gerere, quã faceret obsequentissimus filius erga charissimam matrem. Quod si semper necessariũ fuit, affectus & opera filiorum ecclesiæ impendere, nunc profecto nostri temporis ratio, vehementer postulare videtur. Quando enim Christi ecclesia grauioribus odijs magisq̃ inueteratis impugnata fuit? aut quando plures hostes in suam perniciem magis iuratos atq̃ deuotos perpeffa fuit? Nam & multi ex his, qui pro ea stare videntur, illiusq̃ dilectionem profitentur, non sincere & purẽ, sed ob emolumentum temporalia, ob honores, ob carnis commoda diligunt. Quando maiori, aut magis obfclinata rebellione, pugnatum est in eam; quã his nostris infelicissimis temporibus; quibus nescio, si vnquam fuerunt infeliciora. Nam diuinæ leges, perfricta fronte inuertuntur, humana iura a sciolis quibusdam impudenti audacia abrogantur. Petri sedes Antichristi regnum vocatur, sacrosancta Conciliorum auctoritas vilipenditur, Sanctorum patrum doctrina conculcatur, ut iudices illos in illam iniquorum vocem conspirasse. Dirumpamus vincula eorum, & proiciamus a nobis iugum ipsorum. Quando honori ecclesiæ, magis fuit detractum? Nam a multis filiis irreuerenter contemnitur, grauissimis verborum iniurijs ceditur: dentatis & Satyricis Calamis in eam scribi: uridensq̃ improbis & nepharijs factis, in eius excidium vndiq̃ curritur. Quando tandem, magis a filiis suis, non solum non debitis subsidijs adiuta, sed etiam suis bonis spoliata fuit, quã deploranda hac nostra tempestate; quæ tanta flagitia & sacrilegia ab aquilone, vnde panditur omne malũ, in eam commissã narrat, vt ea vobis commemorare, non nisi cum magno animi dolore & horrore valeam. Nempe ecclesiæ arum bona direpta, templa solo æquata, Monasteria, nõ solum suis prouentibus & incolis desituta, sed etiã funditas euersa: Sacerdotes Christi exhibitos: deo dicatas virgines, sub specie matrimonij construpatas. Colendas diuorum imagines reiectas, Venerandos martyrum Cineres contemptos, Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum, cãto sæculorum consensu firmatum, plusquam Satanico ausu explosum atq̃ conculcatum, & tam latẽ peruagatum est hoc incendium, vt nullus ferẽ in Ecclesia dei angulus intactus immunisq̃ relictus sit. Vbi enim nunc inter eos, qui catholici dicuntur, germanus ille populorũ ad suos Pastores amor? quos non secus ac lupos, ac tyrannos horrent & auersantur? Vbi inferiorum obedientia? qui passim, ac liberẽ maioribus obieclant, medice cura teipsum, qui sine peccato est vestrum primus in nos lapidem mitat. Amice eice primum trabem de oculo tuo, & tunc perspicies vt educas festucam de oculo nostro. Vbi sacerdotij reuerentia? vsque adeo enim de generauimus, ut facti simus in derisum omni populo. Canticum illorum tota die. Vbi prompta illa & propensa plæbium voluntas: quæ se ipsas spoliabant, ut Christi ecclesiã fundarẽt,

ornarent, amplificarent. Periiit profecto, periiit, Quare nimirum impossibile est, quæ a ma-  
 ioribus vestris in sudoribus in vigiliis in ieiuniis atque lachrymis parta sunt, ea nunc in deli-  
 ciis: in somolentia in crapulis in luxu, atque pompa conseruari. Doleo, Patres, talem vobis  
 ecclesiæ faciem describere, sed cogit me iustus zelus, et obseruantia, quam erga vos gero, ita  
 loqui, desiderantem, ut nisi de ecclesiæ actum esse velitis; Ecclesiam ipsam in matrem ac-  
 cipiatis, sicut Ioannes in matrem domini accepit in suam. Accipit inquam in suam, non in no-  
 uercam, aut in inimicam, ut Hæretici et scismatici faciunt, qui et aperto Marte, et secretis cu-  
 niculis, eius excidium moliantur: non in seruam aut ancillam, ut ii faciunt, qui duro iugo, minis,  
 imperio virga ferrea, tyrannico terrore, illam miserabiliter opprimunt: non in pellicem, ut ii  
 qui fornicario complexu illi copulantur: **Q**uales sunt, qui tantum, quæ sua sunt querentes,  
 dignitatis ecclesiasticas venantur, qui, quid sit esse Pastorem, ignorantes, apostolicum officium in  
 his rebus externis, situm esse putant, quibus improbi abundant, quibus latrones sunt diuites,  
 tyranni sunt formidabiles. Accipienda est ergo in venerandam matrem, in legitimam spon-  
 sam, cui sincerus amor debitum honorem atque opportuna subsidia pariens, propter Christum,  
 prompte et hilariter est exhibendus. **Q**uamobrem, hic finem dicendi facio, si prius vos, ut Pa-  
 tres mihi obseruandissimos, obsecrauerim, obtestatusque fuerim, ut in ipsam Ioannem, quem in  
 exemplar perfectissimum, et in aquilam ad volandum prouocantem, vobis proposuimus: ocu-  
 los vestros defigatis, exempla virtutum, quibus Episcopi eminere debent ab eo petentes. Si  
 ergo ille puellæ suscitandæ adfuit: si in montem ascendit: si ad vigilandum et orandum in  
 horto recipitur: ita et vos memores estote vocationis vestræ, ut sitis bonus odor Christi in om-  
 nni loco, et quantum in vobis est, odor vitæ in vitam, non mortis in mortem. Ascendite in mon-  
 tem excelsum, Vos qui euangelizatis syon. Exaltate in fortitudine vocem vestrâ. Curate;  
 ut, qui non sapiunt, sapiant, et qui sapiunt, neque desipiant; et qui desipiunt, resipiscant. Vigila-  
 te, attendentes vobis et vniuerso gregi, tanquam ratione seuerissimam de illo reddituri, incor-  
 ruptissimo atque inexorabili iudici, sanguinemque ouium perditarum de manu speculatoris requi-  
 renti. Orate ut vigilatibus vobis, Christus vires addat, ut possitis cum eius digito omnia ad-  
 uersa vincentes (quod gloriosissimum est, et vere Apostolicum) in tribulationibus pro ecclesiâ  
 toleratis gloriari. si tandem in fidem Ioannis traditur mater de cruce, ad hunc modum, repu-  
 tate sacrosanctæ synodo per Spiritum Sanctum commissam esse ecclesiâ, ut illam nunc mœrê  
 tem, et Christum quasi de nouo in suis Crucifixum, cum dolore et luctu spectantem, in ma-  
 trem vestrâ accipiatis, ut iacentem auctoritatis vestræ brachiis erigatis, ut nutatam sincera  
 fidei et dogmatû doctrina, tanquam firmissimæ columnæ fulciatis, ut ei egenti subsidio sancto-  
 rum Canonû, quibus collapsa reparantur, obliqua dirigantur, deformiaque reformatur, subue-  
 niatis. Denique ut ei Iugem vestram præsentiam atque operam exhibentes, hæctenus Pastori-  
 bus suis destitutam consolari, atque confortare, possitis. Dixi.

Imprimatur  
 Magister Sacri Palatii.

